Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

israhel. & miserunt ad carcerē. ut ducerentur.
Cum uenissent autē ministri. & aperto carcere non
inuenissent illos. reuersi nunciauerunt. dicentes.
Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni
diligentia. & custodes stantes ad ianuas; aperien
tes autē. neminem intus inuenimus. Vt autem
audierunt hos sermones magistratus templi et
principes sacerdotum. ambigebant de illis qd
nam fieret. AduenienS autem quidam nuncia
uit eis. quia ecce uiri quos posuistis in carcerē.
sunt in templo stantes & docentes populum. Tunc
abiēs magistratus cum ministris. & adduxerē illos
sine ui. Timebant enim populum. ne la pida
rentur. & cum adduxissent illos. statu
erunt in concilio; & interrogauit eos princeps
sacerdotum dicens. Precipiendo precepimus
uobis ne doceretis in nomine isto. & ecce repleuis
hierlm doctrina ura. & uultis inducere sup nos
sanguinem hominis istius. Respondens autem pe
trus & apostoli. dixerunt. Obedire oportet dō ma
gis quam hominibus. Ds patrum nostrorum suscī
tauit ihm quem uos interemistis suspendentes in
ligno; hunc ds principem & saluatorem ~~& saluatorem~~
exaltauit dextera sua. addandam peni
tentiam israhel. & remissionem peccatorū. Et
nos sumus testes horum uerborum & sps scs. quē
dedit ds omnibus obedientibus sibi. Haec cum au
dissent dissecabantur cordibus suis. & cogita
bant interficere illos.